

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De modestia secundum quod consistit in exteriori apparatu. Quæstio 169.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

De modestia in exteriori apparatu, in duis articulos divisus.

DEINDE considerandum est de modestia, secundum quod consistit in exteriori apparatu.

Et circa hoc queruntur duo.

¶ Primo, vtrum circa exteriorem apparatum possit esse virtus & vitium?

¶ Secundo, vtrum mulieres peccent mortaliter in superfluo ornatu?

ARTIC. I.

808 Vtrum circa exteriorem ornatum possit esse virtus & vitium?

inf. q. 187
a. 6. c. 9.
qual. 10.
ar. 14. q.
opus. 58.
cap. 8. q.
Matt. 10.
20. 4. et
1. Ego. 1c.
2. c. 3. et 4.
¶ 1. 3. c. 12.
sir. 5. t. 3.
¶ lib. 2. in
prin. 10. 5.

AND primum sic proceditur. Videtur, quod circa exteriorem ornatum non possit esse virtus & vitium. Exterior enim ornatum non inest nobis a natura, unde & secundum diuersitatem temporum & locorum variatur. Vnde Augustinus dicit in 3 de Doctr. Christia. quod talares & manicas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat: nunc autem honesto loco natis, non eas habere flagitium est. Sed sicut Philosophus dicit in 2. Et hinc, natus inest nobis aptitudo ad virtutes. Ergo circa iusmodi non est virtus & vitium.

¶ 2 Præterea, Si circa exteriorem cultu de virtus & vitium, oporteret quod etiam superior in talibus esset vitiosa, & etiam defectus vitiosus. Superfluitas in cultu exteriori non videtur esse vitiosa, quia etiam sacerdotes & ministri altaris in sacro ministerio pretiosissimis vestibus vntuntur. Similiter etiam defectus in talibus non videtur esse vitiosus: quia in laudem quorundam dicitur ad Hebreos 13. Circuerunt in melotis & in pellibus caprinis. Nemo videtur quod in talibus possit esse virtus & vitium.

¶ 3 Præterea, Omnis virtus aut est theologia, aut moralis, aut intellectualis. Sed circa hunc modum non consistit virtus intellectualis, quæ perfectior in aliqua cognitione veritatis. Similiter etiam nec est

ibi virtus Theologica, quæ habet Deum pro obiecto.
Nec est etiam ibi aliqua virtutum moralium, quas.*
Philosophus tangit. Ergo videtur quod circa hujus- li. 2. Eth.
modi cultum non possit esse virtus & vitium. c. 7. 10. 5.

SED contra, Honestas ad virtutem pertinet. Sed
in exteriori cultu consideratur quedam honestas. Di-
cunt enim Ambr. in i. de offic. Decor corporis non
sit affectus, sed naturalis, simplex, neglegens ma- li. 1. c. 19.
gis quam expertus, non pretiosus, & aluentibus post med.
aditus vestimentis, sed communibus: ut honestati tom. 1.
vel necessitatibus nihil desit, nihil accedat nitori. Ergo
in exteriori cultu potest esse virtus & vitium.

RESPONDEO dicendum, quod in ipsis rebus exte-
rioribus, quibus homo vivitur, non est aliquod vitium,
sed ex parte hominis qui immoderatè vivitur eis. Quæ
quidem immoderantia potest esse dupliciter. Vno
modo per comparationem ad consuetudinem
hominum, cum quibus aliquis vivit. Vnde dicit* lib. 3. c. 8.
Augustinus in 3. Confes. Quæ contra mores hominum
sunt flagitia, pro mosum diueritate vitanda sunt, ut
paucum inter se ciuitatis aut gentis, consuetudine non multum à pro.
tom. 1.
vel lege firmatum, nullius cuius aut peregrini libidi-
ne violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuerso
non congruens. Alio modo, potest esse immoderan-
tia in viu talium rerum ex inordinato affectu viventis ex quo quandoque contingit quod homo nimis libidino-
se talibus vivatur, sive secundum consuetudinem eorum
cum quibus vivit, sive etiam præter eius consuetudinem.
Vnde Augustinus dicit* in tertio de doct. Christ. In li. 3. c. 12.
vnu rerum abesse oportet libidinem, que non solum in f. 10. 3
ipsa eorum inter quos vivit consuetudine nequirer-
zuntur, sed etiam sapientia eius egesta, fœditatem
famam, que inter claustra morum solennium latitabat;
igitissima eruptione manifestat. Contingit autem
inordinatio affectus tripliciter, quantum ad fu-
tabundantiam. Vno modo, per hoc quod aliquis
superfluo cultu vestium hominum gloriam querit,
pot seilicet vestes & alia huiusmodi pertinent ad
quen-

quendam ornatum. Vnde Gregor. dicit * in quadam
Ho. 40. in Homilia, Sunt nonnulli, qui cultum subtilium pro-
Bu. inter priosarumque vestium non putant esse peccatum: quod
princ. & videlicet si culpa non esset, nequaquam sermo Deiran
med. vigilanter exprimeret, quod diues qui torquebatur
 apud inferos, byssos & purpura induitos fuisset. Nemo
 quippe vestimenta pretiosa, (scilicet excedens pro-
 prium statum) nisi ad inanem gloriam querit. Alio
 modo, secundum quod homo per superfluum cultum
 vestium querit delicias, secundum quod velis or-
 dinatur ad corporis fomentum. Tertio, secundum
 quod nimiam solitudinem apponit ad exterioria
 vestium cultum, etiam si non sit aliqua inordinatio
 ex parte finis. Et secundum hoc Andronicus
 tres virtutes circa exteriorem cultum, scilicet ho-
 militatem, qua excludit intentionem gloriae. Ve-
 de dicit, quod humilitas est habitus non superbo-
 dans in sumptibus & præparationibus. Et per se suffi-
 cientiam, qua excludit intentionem deliciarum.
 Vnde dicit, quod per se sufficientia est habitus con-
 tentus quibus oportet; & determinativa eorum qua
 vivere conuenient: secundum illud Apostoli pma
 ad Timoth. vlt. Habentes alimenta & quibus tegamus
 his contenti simus. Et simplicitatem, qua excludit
 superfluam solitudinem talium. Vnde dicit, quod
 simplicitas est habitus contentus his qua compa-
 Ex parte autem defectus similiter potest esse cap-
 inordinatio per affectum. Vno quidem modo, a
 negligentia hominis qui non adhibet studium vel la-
 borem, ad hoc quod exteriore cultu vtatur secundum
 quod oportet. Vnde Philosophus * dicit in libro
 Ethicorum, quod ad mollitatem pertinet quod quis
 trahat vestimentum per terram, ut non labore
 do ipsum. Alio modo, ex eo quod ipsum defitum
 exteriore cultus ad gloriam ordinat. Vnde dicit Au-
 gust. in lib. de Sermone Domini in monte, Non in
 in me. s. 4. solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed
 etiam in ipsis fôrdibus luxuosis esse posse iactanciam;

& cō periculōsiorem, quo sub nomine seruitutis Dei
dēcipit. Et Philooph. dicit * in 4. Ethic. quod super-
abundantia, & inordinatus defectus ad iactantiam
pertinet.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis ipse
cultus exterior non sit à natura, tamen ad naturalem
rationem pertinet, ut exteriorem cultum moderetur.
Et secundum hoc nati sumus hanc virtutem suscipere,
qua exteriorem cultum moderatur.

Ad secundum dicendum, quod illi qui in dignita-
tibus constituantur, vel etiam ministri altaris, pre-
ciosioribus vestibus, quam ceteri induuntur, non
proper sui gloriam, sed ad significandam excellen-
tiam sui ministerij, vel cultus diuini. Et ideo in eis
non est vitiosum. Vnde Augustinus dicit * in tertio
de Doctrina Christiana, Quisquis sic vitetur exteri-
oribus rebus, ut metas coniuetudinis honorum, inter
quos versatur, excedat: aut aliquid significat, aut fla-
giulus est; dum scilicet propter delicias, aut ostentationem talibus vitetur. Similiter etiam ex parte
defectus contingit esse peccatum; non tamen semper
qui vilioribus quam ceteri vestibus vitetur, peccat.
Si enim hoc faciat propter iactantiam vel superbiam,
ut se ceteris praferat, vitium superstitionis est. Si
autem hoc faciat propter macerationem carnis, vel
humiliationem spiritus, ad virutem temperantiae
pertinet. Vnde Augustinus dicit in lib. 3. de Doctrinā
Christianā *, Quisquis restrictius rebus praeter-
eunibus vitetur, quam se habent mores eorum cum
quibus vivit, aut temperatus, aut supersticiosus est.

Principue autem competit vilibus vestimentis uti his
qui a lios & verbo & exemplo ad penitentiam hor-
cantur: sicut fecerunt prophetæ, de quibus Aposto-
lo ibi loquitur. Vnde quædam glos. * dicit Matth. 3.
Ipse autem habeat vestem penitentiam praæ-

dicat, habitum penitentiae præ-
dicat. Ad tertium dicendum, quod huiusmodi exterior
alius indicium quoddam est conditionis humanae.

Sec. Sec. Vol. iiij.

F f Et

Li. 3. c. 7.
circa fin.
princip.

Li. 3. c. 12.
in prin.
tom. 3.

Li. 3. c. 12.
cir prin.
tom. 3.

li. 4. ethi. Et idèò excessus, & defectus, & medium, in talibus re-
6. 7. 10. 5. duci possunt ad virtutem veritatis: quam + Philosophus
 ponit circa facta & dicta, quibus aliud de statu ho-
 minis significatur.

ARTIC. III.

809

*Op. 57. c.**8. & 1. f.**3. fin.**1. Cor. 7.**le. 7. co. 1.**& 2.**1. Petr. 3.**Quarum, scilicet mulierum,**sicut capillatura, aut circumdatio auri, au-**menti vestimentorum cultus. Vbi dicit glossa?**Cypri-**ni, Serico & purpura induitæ, Christum sincerè indu-**re non possunt. Auro & margaritis adornata, & mon-**libus, ornamenta mentis & corporis perdidere. sed**hoc non sit nisi per peccatum mortale. Ergo ornatus**mulierum non potest esse sine peccato mortali.**¶ 2 Præterea, Cyprianus dicit † in libro de lo-**bitu virginum, Non virgines tantum aut viduas,**& nuptias: puta etiæ omnes omnino feminas admo-**das, quod opus Dei, & factura eius, & plasma,**terare nullo modo debeant, exhibito flavo colo-**custo.**Eod. loco**nunc pro-**ximè di-**cto.**Et Aug. li.**4 de doct.**Christ. c.**21. 10. 3.**subdit ***Manus Deo inferunt quando illud quod**formauit, reformare contendunt.**Impugnando**ista diuini operis, prævaricatio est veritatis:**Deinde**videre non poteris, quando oculi tibi non sunt quis**Deus fecit, sed quos diabolus infecit. De inimicio**compta, cum illo pariter arsura. Sed hoc non obte-**tur nisi peccato mortali. Ergo ornatus mulierum**est sine peccato mortali.**¶ 3 Præterea,**Sicut non congruit mulier quod**veste virili vratur, ita etiam ei non competit quod in-**ordinato ornatu vratur.**Sed primum est peccatum.**Dicitur enim Deut. 22.**Non induatur mulier veste vi-**lli,*

rili, nec vir ueste muliebri. Ergo etiam videtur, quod superflius ornatu mulierum sit peccatum mortale.

SBD contra est, quia secundum hoc videretur quod artifices huiusmodi ornamenta præparantes mortaliter peccarent.

RESPONDIBO dicendum, quod circa ornamenti mulierum sunt eadem attendenda, quæ supra communiter dicitur sunt circa exteriorem cultum; & insuper quoddam aliud speciale, quod scilicet mulieris cultus viros ad lasciuiam prouocat: secundum illud Proverb. 7. Ecce, mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas. Potest tamen mulier licet operam dare, ad hoc quod viro suo placeat, ne per eius contemptum in adulterium labatur. Vnde dicitur 1. ad Corinth. 7. quod mulier quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Et ideo si mulier coniugata ad hoc se ornat, ut viro suo placeat, potest hoc facere absque peccato. Illæ autem mulieres quæ viros non habent, nec volunt habere, & sunt in statu non habendi, non possunt absque peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendum: quia hoc est dare eis incentiu[m] peccandi. Et si quidem hac intentione se ornant, ut alios prouocent ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter instantiam quandam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale. Et eadem ratio, quantum ad hoc, est de viris. Vnde Augustinus dicit^{*} in epistola ad Possidum, Nolo ut de ornamenti auri vel vestis præproperam habeas in prohibiendo sententiam, nisi in eos qui neque coniugati sunt, neque coniugari cupientes, cogitare debeant quomodo placeant Deo. Illi autem cogitant quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viris vxoribus, ut mulieres maritis: nisi quod capillos nudare, feminas, quas etiam caput velare Apostolus iubet, ut maritatas decet. In quo tamen casu possent

ar. præc.

Epist. 73.
pauid. 2
prin. 10. 2

Ff 2 ali-

452 Q.VÆST. CLXIX. ART. II.
aliquæ à peccato excusari, quando hoc non fieri
ex aliqua vanitate, sed propter contrariam consu-
tudinem: quamuis talis consuerudo non sit lauda-
bilis.

gl.ord in ibidem dicit, mulieres eorum qui in tribulatione
princ. ad erant, contemnabant viros: & ut alijs placent, se
c. 3. 1. Pe. pulchre ornabant: quod fieri Apostolus prohibet, in
quo etiam casu loquitur Cyprianus, Non autem pro-
hibet mulieribus coniugatis ornari ut placeant viri,
ne detur eis occasio peccandi cum alijs. Vnde Apo-
stolus 1. ad Timoth. 2. dicit, Mulieres in habitu ornati
cum verecundia & sobrietate ornantes se non inno-
crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa.
Per quod datur intelligi quod sobrius & modestus
ornatus non prohibetur mulieribus, sed superfluo, in-
uerecundus, & impudicus.

Ad secundum dicendum, quod mulierum facies
de qua Cyprianus loquitur, est quædam species fübe-
nis, quæ non potest esse sine peccato. Vnde Angu-
nus dicit in epist. ad Possidium*, Fucari pigmenta-
rina fallacia est: qua non dubito etiam ipsos man-
se nolle decipi: quibus solis (scilicet maritis) re-
mittenda sunt feminæ ornari, secundum veritatem
non secundum imperium. Non semper ratiōne
fucatio est cum peccato mortali, sed solum quæ
sit propter lasciviam, vel in Dei contemptum, in
quibus casibus loquitur Cyprianus. Scendum tamen
quod aliud est fingere pulchritudinem non habere
& aliud occultare turpitudinem ex aliqua causâ pro-
uenientem, puta ægritudine, vel aliquo humiliatu.
Hoc enim est licitum: quia secundum Apolos
1. ad Corinth. 12. Quæ puramus ignobilium mem-
bra esse corporis, his honorem abundantius cir-
cumdamus.

ar. pref. Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est,
cultus exterior debet competere conditioni perfor-
matum.

Ep. 73 an-
te med.
§ 2.

QVÆ S T. CLXIX. A R T. II. 453
secundum communem consuetudinem. Et idèò de se
vitiosum est, quòd mulier vtratur ueste virili, aut è
conuerso: & præcipue quia hoc potest esse causa
lasciuie, & specialiter prohibetur in lege: quia Gen-
tiles tali mutatione habitus vtebantur ad idolatriæ
superstitionem. Potest tamen quandoque hoc fieri
sine peccato propter aliquam necessitatem, vel cau-
sa le occultandi ab hostibus, vel propter defecum
alterius vestimenti, vel propter aliquid aliad hu-
iusmodi.

Ad quartum dicendum, quod si qua ars est ad faciendum aliqua opera, quibus homines vni non possunt absque peccato, per consequens artifices talia faciendo peccarent: utpote praebentes directe alijs occasionem peccandi: pura si quis fabricarer idola, vel aliqua ad cultum idolatriæ pertinentia. Si qua verò ars sit, cuius operibus homines possunt bene & male vivi (sicut gladij, sagittæ, & alia huiusmodi) vñs talium artium, non est peccatum: & haec sola artes sunt dicendæ. Vnde Chrysost. dicit super Matt. ho. 5
Mat.
med.
tom. Bas solavartes oportet vocare, quæ necessariorum & corum que continent vitam nostram, sunt tributaria & constructrix. Si tamen operibus aliquius artis vel pluries aliqui male vterentur, quamvis de se non sint illicitæ, sunt tamen per officium principis a ciuitate extirpandæ, secundum documenta Platonis. Quia ergo mulieres licet se possunt ornare, vel ut conseruent decentiam sui status, vel etiam aliquid superaddere ut placeant viris: consequens est quod artifices talium ornamentorum non peccant in uso talis artis, nisi forte inueniendo aliqua superflua & curiosa. Vnde Chrysost. dicit * super Matthæum, Ibid. quod etiam ab arte calceorum & textorum multa, abscondere oportet. Etenim ad luxuriam deduxerunt, accessitatem eius corruptentes, artem arti male commiscentes.

018
Lang. 2.1
15,6.001
- 15,6.
15,6.001 9
15,6.001 8
15,6.001 9

15,6.001 9
ho. 50. 13
Math. 2
med. ill. 2
tom. 2.

Ff. a OVE-